

diabolo cultum dare, quem soli Deo debetur. Ergo rationem habuit Ecclesia, dum quidem Sancto Josepho daretur cultu superior omnibus Sanctis et in hoc certe non erravit. Et haec superioritas fundamentum habere debet in immaculata eius conceptione. Concludamus ergo, ut protinus Sancta Sedes fidei dogma definire poterit immaculatam Josephi conceptionem.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Odisti omnes qui operantur iniquitatem dicens Josephum esse in originali peccato conceptum.\* Perdes omnes qui loquuntur hoc mendacium. R Mane astabo tibi et videbo quoniam non Deus volens mane iniquitatem tu es, neque habitavit juxta te malignus, sic loquens. Perdes....

### LECTIO III.

*Quidquid gratiae in Christo fuit, in parentes ejus venit.*

Quidquid gratiae in Jesu Christo Domino nostro fuit, in parentibus ejus purissimis et virginalibus pariter fuit; discrimine tamen, Jesus Christus gratiam essentialiter et ex justitia, quia Deus, habuit; sed in parentibus ejus, infinitum gratiae fuit, per gratiam et privilegium. Adeoque si Christus plenitudinem habuit gratiae, et hanc divinis parentibus ejus communicavit aliquo modo, evidens est, quod prima gratia esse debuit, sine labe originalis peccati esse concepti, quoniam sine peccato esse, primum est quod necesse est habere. Hoc ipsum Sacra Scriptura indicavit, dum Joseph iustum appellat, id est plenitudinis gratiae possesorem, non tantum quoad intentum, sed etiam quoad toto vitae suae

tempore extensionem, et proinde usque ad immaculatae ejus conceptionis punctum. Demus autem quod praedictus textus non expresse et formaliter doctrinam contineat, quae asserit, Sanctum Josephum a primo suae conceptionis instanti sine macula fuisse conceptum; sed implicite et virtualiter praedicti mysterii continentia in allato loco, et in multis aliis, quibus Beatus Joseph offertur tamquam Mariæ Sponsus et Jesu Pater. Hac de causa ab Ecclesia definitio postulatur, et ea magis ratione postulatur, qua aliqui Sacra Scriptura textus, qui antea subobscuri erant, hodie ab Ecclesia illuminati, vere clarissimi sunt. Sic certum est illud quo exordimur, scilicet; quidquid gratia in Christo fuit in parentes ejus venit.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Virum sanguinum et dolosum dicentem Josephum esse cum labe originali abominabitur Filius ejus Jesus.\* Ego autem in multitudine misericordiae tuae. ¶ Introibo in Institutum Josephinum, atque adorabo hanc veritatem ad templum sanctum tuum in timore tuo. Ego autem....

### —DIA 6 DE JULIO.—

#### LECTIO I.

#### —EX DOCTORIBUS.—

Tota Josephi conjunctio cum Christo moralis est; sed moralitate juris paterni in ipsum Christum, et juris Sponsi in actionem generativam Virginis; ideoque Joseph in ordine hypostatico revera repnatur.—Eguiara.—Tota Josephi conjunctio stat

etiam in speciali ordinatione, specialitate consistente in jure quodem in ipsum Christum, quia Jesus subditus ei fuit; ideoque Joseph in ordine hypostatico revera reponendus est.—*Eguiara.*—Josephus in Christum eximiam ejusdem dignitati æstimabilitatem confert; tantam quidem, ut universum ordinem gratiae supereret, proindeque Josephum ad ordinem hypostaticum provehat.—*Eguiara.*—Josephi jus paternum in Christum resultat ex dignitate ejusdem, supponente quidem decretum divinum de electione Josephi, et in ipso fundata, qua propter separari ab existentia Christi non potest: ergo Joseph pertinet ad ordinem hypostaticum.—*Eguiara.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R In manibus tuis, potentissime Joseph,\* Sunt omnes thesauri misericordiarum Dei. Ideo Deo regramur, quod tale nobis filius tuus efficacissimum contulit adjutorium. Sunt....

### LECTIO II.

*Abraham pater vester exultavit ut videret  
—diem meum.—*

Sic Jesus Christus Scribis et Pharisaeis ait: Abraham pater vester exultavit ut videret diem meum; vedit et gavisus est. Quod non tantum in die Iesu Christi intelligere debetur, sed etiam in die rerum, in quo necessario ei praecedere debuerunt parentes eius. Ad hanc doctrinam nullo modo Sancti Augustini effatum adversatur, affirmantis: omnes homines in peccato esse conceptos, nam hoc contigit, non quia Sanctus Doctor ex professo virtutem, justitiam, et gratiae plenitudinem virginalis Iesu Patris ageret, sed hoc dixit Pelagium Coelestinium oppugnando, errorem

suum defendantes et ajentes: recentes natos peccatum originale non contrahere. Et quia in diebus nostris filii dei est dogma, non solum de Iesu Christo sermonem faciens, essentialiter impeccabile, sed relate ad Virginem Mariam, per gratiam et privilegium nulli peccato obnoxiam; ita etiam Sanctus Joseph hanc impeccabilitatis debuit habere speciem, vi cuius sine originali errore fuit conceptus. Dies felix! dies beatæ! dies fortunate! Causa Josephi dici potest Abraham Pater vester, exultavit ut videret diem meum.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Domine Joseph, deduc me in justitia tuae immaculata conceptionis.\* Propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam. V Quoniam non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est; sepolchrum patens est guttur eorum linguis suis dolose agebant; judica illos, Domine Sancte Joseph. Propter inimicos....

### LECTIO III.

*Abraham Pater vester, exultavit ut videret  
—diem meum.—*

Abraham credentium pater, gavisus est gaudio magno ut videret diem meum, seu diem sine macula conceptionis meæ, dies quae omnibus ejus cultoribus purior et sanctiori laetitia impleturus erit; et dies quo omnes exultabunt, ille quo Sancta Sedes mystrium de fide definit, quia ex tunc Sacram Familiam videbunt immaculatam totam. Cum in Aegypto super Joseph nobilitatem dubium evenit ali quod, et cum certe Josephum Jacob filium ex stirpe nobili oriundum, scierunt, magna fuit erat laetitia, immensum solatium, et superabundans exul-

tatio, quae in Aegyptiis infusa est; et si hi tantum hanc celebrarunt certitudinem originis Josephi nobilis, quia Prorex erat; quid praesumere debemus, fideles ut fierent cum tamquam certum viderent, et sicut dogmaticam veritatem, illud quod Sacrae Familiae Dux, dignissimus Mariae Sponsus et virginalis Jesu Pater, in gratiae plenitudine fuit conceptus? Quid fideles dicent dum observarent, Sedes Apostolicam postquam Josephi gratia majores cultos sanctificare, immediate eum ad suam divinam Sponsam similare, ea in essentialiore parte, qualis est sine peccato semper fuisse? Absque ullo dubio, dum hoc locum habeat, omnes fideles sanctiore gaudio redundabunt, et nomine sui amantissimi Joseph exclamabunt: Abraham Pater vester, exultavit ut videret diem meum; vidit et gavisus est; nam si Domini conceptio sine macula, nobis jam sanctam laetitiam attulit, hoc mysterium jam tamquam fidei dogma possesum, omnes vehementiorem letitiam sentient, et omnes sua corda purissimo et gaudio sanctissimo replere sentient.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Omnes inimici tuae immaculatae conceptionis, o bone Joseph,\* Decidant a cogitationibus suis secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritaverunt te Domine. ¶ Et laetentur omnes qui sperant in mysterio tuae conceptionis sine macula, in aeternum exultabunt, et habitabis in eis. Decidant....

## —DIA 7 DE JULIO.—

### LECTIO I.

#### —EX DOCTORIBUS.—

Voluit Deus Josephi dignitatem propter unionem hypostaticam; non volitus Josephum Deigenitricis Sponsum, si non esset volitus Christum cuius esset Mater Maria.—*Eguiana*.—Magister celeberrimus Salmaticensis Augustinianus, orbi litterario notissimus e sugestu inter concionandum die Sanctissimo Josepho votiva anno 1605, apud coronam hominum et sapientium quidem, multitudine concertissima dixerit: Si quinque aut sex alicujus nominis theologi invenisset, qui Josephum ab originale preservatum tuerentur se illis adjuturum libenter.—*Magister Salm*—Rebus vero magis, magisque exploratis, in diebus nostris receptissima sententia jam est, docentium divinum Josephum sine labe originali esse conceptum.—*Jos*.—Gersonem pro Joseph in utero sanctificatione fauste et feliciter declamantem, secuti sunt postmodum multi nobiles scriptores, quorum supra viginti numerat Petrus Morales.—*Eguiana*.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Volens Christus Jesus exaltare Patrem suum Josephum.\* Constituit eum inter te judicem. ¶ Nosque judicandos mediatorem statuit eum apud se potentissimum. Constituit....

### LECTIO II.

#### *Prima Sedes a nomine iudicatur.*

Quamvis ideam dedimus integrum illius quod Trinitas sit terrae, Jesus, Maria et Joseph, liquet harum nullam personarum, nec uno quidem momento,

fuisse diaboli vi originalis peccati; sed non ut Sancta Sedis astricta sit ad hoc faciendum sequitur. Tantum Summus Pontifex tamquam Judex potest super-ultimum judicare decretum ut hanc immaculatam conceptionem definiat; uno verbo, quia prima Sedes a nemine judicatur. Paucis verbis, non obstante illud omne quod jam dictum fuit Mariae favore, dictum est quodammodo Josephi gratia; nam si Maria Mater est Jesu virginalis; Josephus Jesu virginalis est Pater; si Spiritus Sanctus Filium Matri Virginis dedit, eum quoque Patri Virgini dedit; si in justitia semper Virginis requievit in Maria, simili modo semper in Virgine Josepho justitia quievit, tamen multi anni transierunt; et uti Sedes Apostolica, non ad immaculatae Mariae conceptionis declarationem dogmaticam fuit mota, nisi post studia multa, et labores plurimos et vehementiores orationes, ita cum Sancto Josepho contige.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Et gloriabantur in te omnes filii tui qui diligunt te et nomen sanctum tuum.\* Quia tu in diebus nostris benedices Patri tuo Josepho ut revera justo in omni tempore. ¶ Et tu, Domine Joseph, ut scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos filios tuos.— Quia tu....

### LECTIO III.

*Quid dicebatur saeculo decimo  
quarto de immaculata Virginis conceptione.*

Non obstante, ut in diebus nostris veritas est dogmatica immaculatae Mariæ conceptionis mysterium, tamen ut omnes josephini, ad orandum, et ad laborandum causa immaculatae Josephi conceptionis ag-

noscendae, incalescant, nolimus quod saeculi decimi quarti historia dicent, prætermittere. Prædicto saeculo, magnos sapientes, subtiliores theologos, per celebriores Universitates videmus, omnes dicentes, affirmantes et probantes Virginem Mariam, sicuti et nos miseros peccatores, fuisse conceptam. Sed quia hæc sententia nescio quid habet adversus Virginem Sanctissimam, adversus Iesum Christum, et adversus ipsum Deum, et est repugnans, ad hunc finem Deus miracula fecit multa; eaque fecit, ipsis in momentis, quibus contra immaculatae Mariæ conceptionis purissimum mysterium plus quam ducenta argumenta adversarii opponebant; ad hoc utens tunc seraphica religione, ut medio suorum charissimorum filiorum, inter quos primus fuit Scotus, in pulvere omnia quæ opponebant argumenta reduceret, quæ in ducentorum numero fuerunt; et præterea omni cum eximietate sine macula Virginis mysterium conceptionis statuit. Quod roboratur juxta quod Doctor Andreas ex Vale ait, scilicet: "Scotus fortissimus immaculatae Mariæ conceptionis propagator atque defensor, ab illo die ita tantam prædictæ doctrinæ fidem communicavit, ut cum de ipsa rationem dedit in Universitate quam adversus ducenta argumenta proposuerunt, tanta cum sententiarum copia ad ipsos satis fecit, ut omnes ad suum sensum atraxit; et per totum illud Doctorum claustrum fuit subtilis Doctor, acclamatus. Et hæc theologica facultas decrevit, oppositam non docere sententiam, et præterea, neminem Doctoris aureolam accipere in prædicta Universitate, si antea non statuebat iurjurando, omnibus viribus suis immaculatam Virginis conceptionem omnibus in suis partibus defendere.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Domine Sancte Joseph ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias, nobis mittendo inimicos tuos.\* Miserere mei quoniam infirmus sum; sana me Domine quoniam conturbata sunt ossa mea. ¶ Et anima mea turbata est valde, sed tu, Domine Joseph, usquequo? Miserere....

—DIA 8 DE JULIO.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Quod concessum fuit Sacrae Familiae ratione ordinis hypostatici, concessum fuit Josepho; atque Jesu et Mariæ concessum fuit esse absque macula originali peccati; ergo etiam concessum fuit Josepho. —*Jos.* — Tridentinum statuens omnes Adami posteros contrahere originale, excipit Deigenitricem Mariam ut Matrem Dei; ergo etiam excipit Josephum ut Patrem Dei. —*Jos.* — Nemo est excipiendas a generalibus regulis in Sacra Scriptura et conciliis contentis, absque urgentissimo fundamento, atqui ad excipendum Josephum ab originali, existit urgentissimum fundamentum; id est, non esse sicut ex ceteris hominibus, quia ille pertinet ad ordinem hypostaticum; ergo excipi debet a regulis generalibus; ergo dicens omnes homines peccaviss in Adamo, non loquitur de Sancto Josepho, quia electus fuit cum Maria ut ambo essent almi parentes Christi; ergo ambo sunt absque macula originali concepti. —*Jos.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Christus Jesus commisit nostro potentissimo

Josepho.\* In diebus nostris militantem Ecclesiam, ¶ Subjecit ipsi omnium electorum catervam, ita ut nisi per eum, nihil nobis donetur. In diebus....

LECTIO II.

*De inclinatione capitinis Deiparæ servo suo.*

—*Joanni Scoto.*—

Inter insignia ad immaculatam Beatæ Mariæ conceptionem demonstrandam miracula, illud quod, cum subtilissimus Joannis Scotus, Parisiis comoratus, ex Seraphico Cœnobio, ad hujus quod versamur mysterii disputationem, in designato loco, accederet, imagini Deiparæ Sanctissimæ, quæ suprjanuam regii saccoi stat et in secreta compendii via, flexis genibus dum se contra eam invenit pertransiens, humiliter dixisset: "Dignare me laudare te Virgo sacrata; da mihi virtutes contra hostes tuos," reipsa imago caput in consensus signum inclinavit. Et ex illa die, in sempiterno bujus miraculi signo, apud parisienses, inclinatum sic caput perseverat virgineum, quod quidem alias contra rectas architectandi regulas esset, nisi ab hoc miraculo exordiret. Sic Pater Petrus Labbe de eodem argumento ajebat: "Cum ad pugnam pergit Scotus, oravit Virginem in imagine, et inclinavit caput imago saxea, ut opem annuerit; adhuc perseverat inclinatio, ne quis de antiqua dubitet victoria, quæ quotidie nova est. Etiam super argumentum hoc ita Pater Magister Hoyerus: Demissa paulisper imago Doctor Joannis Scotus, sacro suo capite visa fuit annuere, certamque de adversariis palmam promittere, quod etiam omne hodie Parisiis puritatis Mariæ pariter, ac Scotticæ æternum pietatis argumentum cernitur insigne monumentum. Denique Pater Rodulphus

omnia confirmavit dicendo: Mariam Virginem etiam conceptam fuisse sine peccato originali; quam sententiam primus publice defendit Doctor frater Scotus minorita, qui celebris fuit circa annum millesimum, trigentessimum, octavum.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Discite a me omnes qui operamini iniquitatem, damnando conceptionem immaculatam B. Joseph.\* Exaudiuit Dominus Joseph, vocem meam. ¶ Exaudiuit vocem fletus mei et orationem meam suscepit. Exaudiuit....

### LECTIO III.

*Quid de immaculata Mariæ conceptione plures  
—auctores senserunt.—*

Parisium vocatus, Doctor Joannes Scotus, Seraphicæ filius religionis, sæculo decimo quarto, millesimo, trigentessimo primo anno per celebris, ibique, Beatæ Mariæ incipit immaculatae conceptionis mysterium evulgare. Atque eam tam fortiter, acerrime. que defendit, et ita bené hoc Virginis Mariæ privilegio fundat, ut ad minutissimas immo nullas particulas seu micas, ducenta per ordinem ibidem proposita argumenta, reducit et ad pedes et manus junctas, omnes illius coetus magistros doctrinam suam inclinato capite acceperunt. Deinceps vero hanc pugnam postquam, non solum immaculatae Mariæ conceptionis festivitatem stabilierunt, sed etiam statuerunt, neminem doctoris lauream in illa Universitate, coeterisque in aliis locis constitutis, accipere, nisi hanc Scotti doctrinam non defenderet et crederet. Bernardinus Senensis de hac re ait; pancos in illo sæculo immaculatam Mariæ concep-

tionem credidisse, et hanc quæstionem Parisiis propositam majorem partem in contrarium sentire; sed cum hoc Scotus audiret, quamvis corpore parvus et inter illos proceros humili, omnium altissimus erat et quoad intellectum præstantissimus, divino lumine afflatus, omnia argumenta collegit, ea falsitatis evincit, copiosissimas addidit rationes, et Virginem sine labore originale conceptam, concludendum esse, sustinuit. Si ita se res habent cum de Maria agebatur, quid de Josepho contigerit? si aduersus Virginem Mariam tunc tanta contentio fuit patet, nihil mirandum esse, idem cum Josepho contingat; multum facimus, dum tantum immaculatum fuisse conceptum indicamus; fideles vocatione sua sint josephini et Josepho erunt quod franciscani Mariæ fuerunt.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R In inferno autem quis confitebitur tibi sicuti es?\* Non est in morte tua peccatum originale quod memor sit tui. ¶ Sed ut si immaculatus laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum, et lacrymis meis stratum meum rigabo. Non....

### —DIA 9 DE JULIO.—

#### LECTIO I.

#### —EX DOCTORIBUS.—

Si unica causa præservationis Mariæ ab originali peccato, si voluntas Dei volens præservare Mariam ut Deigenitricem, sic eadem voluntas Dei fuit præservare Josephum ut Patrem Dei; tum quia ambo electi sunt per modum unius ut essent almi parentes.

Christi; tum quia eadem Virgo Maria, non fuit Mater Christi, nisi post consensum Josephi, quia corpus mulieris est viri sui.—*Jos.*—Merita Christi Domini prævisa, Deus conferret Mariæ et Josepho, ut parentes ejus, benedictione uberum et vulvæ, ideoque, ambo fuerunt absque peccato in primo instanti sui esse, quamvis Maria majorem gratiam quam Joseph revera accepisset.—*Jos.*—Et si nullum Mariæ et Josephi meritum divinam voluntatem movisset ad præservandum illos ab originali peccato, paternitas et maternitas tamen ad quas Deus elegit Mariam et Josephum ipsum movit ne includeret eos, in qua non inclusione præservatio consistit.—*Jos.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ita Jesus voluit suo virginali Patri Josepho libentissime honorare.\* Ut si nos exaudiret. ¶ Totum per eum nos adipisci sciamus, in cuius manu salus nostra deposita est. Ut si....

### LECTIO II.

*Mariam esse immaculatam primus publice  
—defendit Scotus.*—

Nemo extraordinariam gloriam quam consequitus fuit ordini seraphico debet obtrectare, causa proponendi immunitatem Deigenitricis Virginem pervulgando immaculatam conceptam fuisse. Ad seculum decimum quartum Scotus acutus doctor primus inter Scholasticos, felici augurio, ad pugnam devenit hanc defendendi veritatem; et ex illo die, constitutum fuit dogma de immaculata conceptione. Et Scotus sua humillima temperantia, suaque responsione versuta multa nobis edocuit; ipse pie humillime propter sapientiam et argutiam suam prae-

celluit. Sine intermissione deinceps coeteri seraphicæ ordinis Sapientes, Magistri, Doctores eximii, Doctoris vestigia persequentes propugnarunt hanc ipsam veritatem; et tanta semper fortitudine eam defenderunt et tali cum exitu, tanto studio et sapientium negotio, ut post quinque saecula Sancta Ecclesia, medio Pio Papa Nono, fidei dogma magnum Mariae immunitatis mysterium, declaravit. Quod de Maria dictum fuit, de Josepho dicturum erit, proinde, in diebus nostris, paucum quod de traditione nobis superest accipientes, Sacras explanando Scripturas, Sanctorum Ecclesiae Patrum sententias coligendo, Doctorum effata josephinorum consecitando, nos qui in Ecclesia Dei esse incipimus, scire debemus, non solum ad nostram sanctificationem consequendam et innumerabilium animarum, mediis nostris functionibus apostolicis, ad felicitatem faciendam, vocati sumus, sed quemadmodum ad Mariam franciscani, ita et ad Josephum nos.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Domine Sancte Joseph, in te speravi ad annunciandam tuam immaculatam conceptionem.\* Salvum me fac ex omnibus persequentibus me et libera me. ¶ Nequando rapiat inimicus tuus ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat. Salvum me....

### LECTIO III.

*Argumenta ab auctoritate negativa nullius  
—sunt ponderis.*—

Quoniam autem filii nostri, postea venturi, certis in occasionibus, dum de Josephi immaculata conceptione agatur, argumentis negativis urguntur, idcirco

officium credimus esse nostrum, eosdem animadvertere, argumenta ab auctoritate negativa assumpta, ferme nullius esse ponderis; et proinde ad ea omnia cum Natali Alexandre sic respondent: hæc argumenta futilia sunt, quia negantia sunt; aut si eut et hujus lectionis epigraphæ ait, scilicet: Argumenta ab auctoritate negativa, nullius sunt ponderis. Nam ut alicujus essent ponderis, adversus immaculatam Josephi conceptionem, prædicta argumenta, prius erat aliquo modo constarat, opera seu scripta illorum auctorum de quorum silentio argumenta negativa se assumpserunt, adhuc non perire; prius erat ut probaretur illos hanc de qua agitur theologiam quæstionem non ignorare; prius erat ut monstraretur, non tantum de illa occasionem habere scribendi, sed etiam, ratione ipsorum professionis, occasionem de illa agere habere; prius tandem erat, ut declararetur, dictos scriptores nullum habere, ad suum onus fungendum, obstaculum. Sed omnes hærationes, juxta quæ, argumenta negativa, pondus aliquod haberent, in casu nostro non inveniuntur, sive quia multa Patrum, Doctorum Ecclesiæque opera, et in quibus forte loquuti fuerunt de prædicta materia, perierunt, sive quia multi de hoc puncto occasionem non habuerunt agendi, nam Sanctum Josephum una cum Sponsa sua Maria honoratum videbant; tum quia abstracti in immaculatæ Mariæ conceptionis diligentia, non prudens in diebus illis videbatur de conceptione Sancti Josephi agere; tum quia multi de argumentis sermonem habuerunt distinctis; tum paucis verbis, quia temporum adjuncta in similem quæstionem ingredi non permittebant, bene dicere possumus: argumenta ab

auctoritate negativa nullius esse ponderis, atque futilia esse, quia negantia sunt.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Domine Sancte Joseph si feci istud laborando ut constet te esse revera sine labe originali conceptum.\* Si per hunc laborem ad tuum sanctum nomen glorificandum est iniq[ue]itas in manibus meis. ¶ Persequatur inimicus animam meam et comprehendat, et conculeat in terra vitam meam et gloriam meam in pulvere de ducat. Si per....

### —DIA 10 DE JULIO.—

#### LECTIO I.

#### —EX DOCTORIBUS.—

Deus elegit Mariam in Matrem et Joseph in Patrem per solam Dei voluntatem; et Deus tot gratiis cumulaverit et donis eximiis Mariam et Josephum quia electi fuerunt ut essent almi parentes Christi; et prima gratia gratiarum videtur esse debere ut ambo essent absque peccato; et hac de causa ut ambo essent revera sine labe originali concepti.—*Jos.*— Non potest prudenter cogitari Josephum non fuisse sine labe originali conceptum; quia ejus dignitas petit in primis esse absque peccato; alioquin non fuissest Mariæ in sanctitate simillimus, quantum patitur dignitas Dei parentis.—*Jos.*—Mariæ puritas non esset major quæ sub Deo intelligi potest si non esset immunis a peccato originali: Joseph ideoqui non esset similis et conveniens puritati Mariæ, se non esset etiam sine originali conceptus.—*Jos.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

Piissima

R. Hæc Patris nostri Josephi intercessio \*Turris quedam est nostro sancto Instituto fortissima. ¶ Ad quam omnes nostri cum ab hostibus obsidentur, sese salutis causa recipient. Turris....

## LECTIO II.

*Magna Scotti victoria circa Maria  
—immaculatam—*

Intemeratam Matris suae conceptionem Salvator noster innumeris frequenter propalavit indiciis; quodam enim tempore religiosi quidam in tanta conceptionis altercatione prorrumperunt, ut ordinis minorum fratres haereticos affirmarent; quod Dei genitricem sine originali macula conceptam suis in praedicationibus protestarentur. Ea de re apostolico jussu in parisiensi academia publica disputatio facta est. Ad quam dicti accusatores cum innumeris penne ordinis Doctoribus convenerunt. Dominus noster vero Jesus Christus ad protegendam dilectæ Matris suae puritatem, Scotum ordinis minorum Doctorem eximium ad civitatem illa protinus destinavit, qui adversariorum fundamentis, argumentisque omnibus invincibili sermone confutatis, ita conceptionis Dominae innocentiam clarissime comprobavit, quod omnes illi fratres subtilitatum ejus plurimum admirati, obmutescentes in disputando manserunt. Quapropter opinio minorum a parisiensi academia illico approbatur, Scotus vero Doctor subtilis propter hoc appellatus, vitor ad altissima vere sophiae pervenit; illi autem tam multi accusatores a paucissimis superati obtpubescentes recessere.

Noe haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Exurge, Domine Sancte Joseph, in ira tua

contra illos clamantes tuam immaculatam conceptionem.\* Et exaltare in finibus inimicorum nostrorum. ¶ Et exurge, Domine Joseph, in pracepto quod mandasti et laudes omnium filiorum tuorum circumdabunt te. Et exurge....

## LECTIO III.

*Agimus de magna temeritate contra conceptionem Virginis immaculatam.*

Per multos annos, in illos errores qui immaculatae Virginis Mariae laudem et dignitatem violare visi sunt, peculiari quodam sancto, perfectoque odio vehementius insurgeadum, acriusque sibi pugnandum, semper judicarunt. Cum itaque quaestio de puritate conceptionis immaculatae Virginis Mariae frequentius agitari caepisset, Spiritu Sancto, scilicet, ejus rei veritatem aliquando propalari volente, diligentius utriusque partis liberatis rationibus, primum pro tempore, suum prudentissime suspenderunt judicium. Deum in eam partem inclinantes quæ Virginis gloriae et puritati adstipulari videbatur, ita eorum vanissimam temeritatem, disputando confutaverunt, qui citra efficacem probationem, Virginem in originali peccato fuisse conceptam, obstinate contendebant, ut contrariam quaestionis partem, quæ Virginem dum conciperetur speciali Dei munere ab originali macula fuisse immunem affirmat, et pietati fidei, et rectae rationi, et Scripturis divinis valde conformem deseruerent. Hoc plus quam quinquaginta anni contigebat hodie jam transacti, de Virgine virginali Jesu Matre agendo. Et quanto tempore circa Josephum virginalem Jesu Patrem, quaestio agetur? Deus tantum hoc scit; sed fidei dogma immaculata Mariae conceptionis

declarata, absque dubio tempus jam venit, agendi de conceptione Josephi immaculata.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Propter tuam immaculatam conceptionem, Domine Sancte Joseph, in altum regnare debes.\* Dominus judicat populos illam negantes. ¶ Judica me Domine, secundum justitiam tuæ immaculatæ conceptionis. Dominus....

### —DIA 11 DE JULIO.—

#### LECTIO I.

#### EX DOCTORIBUS.

Inter Mariam et Josephum esse debuit similitudo major, quae decet sanctissimos conjuges, quia ambo sunt specialissime a Deo electi; sed similitudo major quae decet Mariam et Josephum esse non potest absque carentia peccati originalis in sua conceptione: ergo ambo fuerunt sine originali concepti.

—*Jos.*—Tum Maria, tum Joseph fuerunt in primis per suam virginitatem et per suum consensum alii parentes Christi; et hoc meritum absolutum est ambobus; sed esse, aut non esse ambo parentes Christi, per suam generationem physicam, videtur mihi dici posse cum Augustino: Quod Spiritus Sanctus operatus est, utrisque operatus est, et in amborum justitia requiescens, ambobus filium dedit; sed in eo sexu cui parere decebat operatus est hos quod etiam marito nasceretur. Ergo si Maria fuit immaculata in sua conceptione, etiam Joseph.—*Jos.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Noster divinus Joseph a primo instanti suae

immaculatae conceptionis.\* Et per totum vitae deuersum usque ad immaculatam conceptionem Mariae. ¶ Solus ille majorem gratiam habuit quam omnes sancti et angeloi. Et per....

#### LECTIO II

#### *Agitur de magna temeritate contra conceptionem Virginis immaculatam.*

Sententia affirmans Beatissimam Virginem Mariam esse revera immaculatam a primo instanti sui esse paucos annos post Scotum contra inimicos Dei genitricis in Sacro Basileensi plenario Concilio post longam ejus quaestionis disputationem, gravissimamque deliberationem, Spiritu Sancto inspirante placuit, ut eam tandem doctrinam, quæ Beatissimam Deigenitricem Mariam, cum conciperetur, ab omni prorsus peccati originalis labe, speciali, singularique Dei gratia, fuisse liberatam asseruit, et docuit, tamquam piam ecclesiastico cultui, fidei catholicæ rectæ rationi, et Scripturæ Sacræ convenientem ab omnibus catholicis aprobandam, amplectendam ettenendam decrevit; contrariamque assertionem deinceps docere, sub interminatione divini iudicii vetuit. Quod Sancti Synodi decretum, cum omnium Ecclesiarum, tum etiam totius populi christiani judicis, consensu, ac religione comprobatum, confirmatumque videamus; non possumus quorumdam vanam superbiam temerariam, insanamque obstinationem non admirari, non indigne, molesteque ferre, qui nostro adhuc tempore, piam, ac religiosam doctrinam universalis Synodi et Ecclesiæ a Pontifice Pio IX definitam revera doctrinam dogmaticam totis viribus negare conantur.

Nos haec sublimia, &c.

R<sup>e</sup> Deo gratias.

R<sup>e</sup> Consumetur justitia peccatorum dicentium te Joseph Sanctissime, in peccato originali esse conceptum.\* Diriges justum scrutans corda et renes. ¶ Justum adjutorium meum a Domino Josepho, qui salvos facit rectos corde. Diriges....

## LECTIO II.

*Quod faciet Institutum contra Patri nostro Josepho inhonorantes.*

Illorum dicentium, Patrem nostrum Josephum esse maculatum furori, ut alacriter, fortiterque occurramus, atque resistamus, pro nostra professione ordine et gradu majorum nostrorum vestigia sequentes, universi Josephini congregati, post multam, gravem et maturam deliberationem, piissimam doctrinam quæ Sanctissimum Patrem Jesu, ab originali peccato Dei singulari dono fuisse præservatum, libentissime admitimus. Quamque jam pridem veram credimus, et defensionem ac propugnationem speciali sacramento conjurabimus, nosque devovimus statuentes, ut nemo deinceps, sano huic nostro Instituto per ultima vota adscribatur, nisi se ~~h~~ Jesus religiosæ doctrinæ assertorem, strenuumque propugnatorem semper pro viribus simili juramento profiteatur. Quod si quis ex nostris, quod absit, ad hostes Virginis Josephi transfiga, contrariam assertionem, quam falsam, impiam, erroneam judicamus, spreta rectæ rationis, Sacrae Scripturæ, ac doctorum auctoritate, hunc honoribus nostris omnibus privatum, atque exoneratum a nobis et consortio nostro, velut ethnicum, et publicanum procul abjiciendum decernimus. Omnia autem haec, ab Instituto fieri debent Josephino-

nostri Patris Josephi in favore, illo in die, quo ad ipsum honorandum et glorificandum vocetur, suam immaculatam definiendo conceptionem, quemadmodum Patres Reverendissimi Franciscani Mariæ puritatem Sanctissimæ strenue propugnarunt.

Nos haec sublimia, &c.

R<sup>e</sup> Deo gratias.

R<sup>e</sup> Deus iudex, justus, fortis et patiens irascitur per singulos dies contra inimicos Sancti Josephi.\* Nisi conversi fueritis gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit et paravit illum. ¶ Et in eo paravit vasa mortis. Nisi....

## —DIA 12 DE JULIO.—

## LECTIO I.

## —EX DOCTORIBUS.—

Christus Dominus primum, Virgo Deigenitrix secundum et Joseph tertium locum obtinent in ordine hypostatico; ergo tum Jesus, tum Maria, tum Joseph fuerunt absque originali peccato. Jesus habuit etiam plenitudinem absolutam omnium gratiarum et virtutum, quia in illo homo erat Deus; Maria habuit plenitudinem relativam omnium gratiarum et virtutum post gratias et virtutes donatas humanitati sacratis simæ Jesu; et Joseph habuit etiam plenitudinem relativam omnium gratiarum et virtutum post gratias et virtutes donatas suæ Sponsæ Mariæ; ergo tres sunt absque peccato, et unusquisque cum gratiis et virtutibus suis dignitatis propriis.—Jos.—Vas electionis Paulus putat omnes homines in Adam peccasse; sed cum eminentiam gratiæ Dei in te, o Maria, in te, o Joseph, considero, sicut vos non intra omnia quæ facta